

WS 1728

RECTOR  
ACADEMIAE LYDOVICIANAE  
IO. MELCHIOR  
VERDRIES

CONSILIARIUS ET ARCHIATER HASSO-  
DARMSTADINVS MEDICINAE ET PHILO-  
SOPHIAE NATVRALIS P. P. O.

*VNA*

CVM TOTO  
SENATV ACADEMICO

*GENEROSIS ATQVE NOBILISSIMIS*

ALMAE HVIVS GIESSENAE  
*CIVIBVS,*

COLLEGIA PVBLICA PARITER ET PRIVATA  
PER INSTANS SEMESTRE HIBERNVM HABENDA  
*INDICAT ET COMMENDAT*  
DIE V. SEPTEMBR. clō lōccxxviii.  
*SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.*

---

*GIESSAE,*

Typis Vid. Io. Reinh. Vulpii, Acad. Typogr.

*In Facultate Theologica.*

**JOH. BARTHOLOM. RÜDIGER,**  
Theol. D. & Prof. Ord. Consistor. Princ. Assessor ac  
Superintendens h. t. Senior.

**U**trum futuris Dnn. *Auditoribus* erit optatius, siue in Theologiam Polemicam *Universalem*, de Controversiis Ecclesiae nostrae cum dissectis Religionibus aliis: siue *particularem*, de certae cujusdam v. g. *Pontificiorum, Reformatorum, Socinianorum, aut Fanaticorum, classis*, Pseudodogmatibus, *publicas* lectiones suas offert: *Privatim* ad Cardinem Salutis ac sanctae Theologiae, h. e. CHRISTUM ipsum, in *Statibus* suis aequae ac *Officiis*, mortalibus nobis praee omnibus aliis discendum, ac salutariter plane modo agnoscendum, *fideli manu ducturus.*

**JO. GOTTOFR. SCHVVPART,**  
S. S. Theol. P. P. O. Consistorii Princip. Adfessor,  
& Dioecesi. Alsfeld. Superintendens.

**E**xpositione in prophetam IOELEM nunc finita, in HOSEAM publicis lectionibus commentabitur; duabus quotidie horis *Theologiam dogmaticam* iuventuti academicae proponet: perget quoque in *Moralibus* ad discrimen naturae & gratiae quoad conscientiam; voluntatem, facultatem imaginativam, appetitum sensitivum, adfectus, aliaque ad hanc scholam pertinentia. In gratiam Candidatorum Ministerii continuabit *Instructionem Pastoralem*, ac iis, quae hactenus de requisitis Ministri ecclesiae, Electione, ordinatione aliisque disse-

ruit,

( 3 )

102

---

ruit, subjiciet quae de Vocatione totiusque officii partibus observanda occurrunt, daturus operam, ut in singulis rite recteque informentur, qui ad arduum hocce munus adspirant.

**IO. GEORG. LIEBKNECHT,**  
S. S. Theol. Doct. eiusdemque Prof. P. Ord. &  
Stipend. Princ. Ephorus.

**P**ost *Historiam Ecclesiasticam*, ad finem nuper perductam propediem ex eadem Hist. Eccl. arduam illam *de Conciliis*, per omnia inde a Christo nat. secula habilis, doctrinam proponet, nec non *exercitium homileticum* resumet. Interim in lectionibus *Theologiae positivae*, ad ductum B. BAIERI explicandae, strenue perget. Publice vero rariora *nonnulla themata* ventilabit.

---

*In Facultate Juridica.*

**D. JO. FRIEDER. KAYSER,**  
Consil. Hasso-Darmstad. Jur. P. P. Ord.  
& Acad. Syndicus.

**P**ublice jus Feudale ad ductum Examinis Strykiani explicabit. *Privatim* collegium juris publici, praeterlapso semestri coeptum, duplicatis, si ita voluerint Domini Commilitones, lectionibus, ad finem perducere contendet, simulque nova collegia pro desiderio Dni. Dni. Commilitonum aperire haud gravabitur.

**D. JO. FRIDERICVS WASSER,**  
Prof. Jur. Ord.

**A**bsolutis hoc semestri aestivo *Institutionibus*, publice hora ante meridiem IX. *privatim* vero hora XI. *pandectas* ductu Compendii LAUTERBACHIANI explanabit, easque semestri instan-

ti hiberno ad finem perducet, *Ius Canonicum* quoque vel aliam quamlibet legitimæ scientiæ partem pro desiderio Dn. Commilitonum illustrabit.

**D. IO. GEORGIUS ESTOR,**  
 Confiliar, & Historiogr. Hass. nec non Prof.  
 Jur. Ordin.

**P**ER hoc semestre ius publicum, historiam imperii Germanici, ac institutiones iuris est auspicaturus, insimulque lectiones iam coeptas ad digesta & notitiam rerum publicarum Europae, die *Staaten*/ strenue continuaturus. Rogat quoque dominos commilitones, vt in exercitio disputatorio, quod singulis Saturni diebus habetur, ea, qua coeperunt, diligentia pergant. Publice commentabitur ad ius feudale, praeunte Schiltero in sua synopsis, breui quidem, sed multae eruditionis libello.

**BERNH. NIC. STOCKHAVSEN,**  
 D. & Prof. Jur. Ord.

**P**UBLICe lectiones in institutiones ad finem perducet, & post hæc, ut iuris prudentiæ cultores studium iuris canonici cum fructu ad gredi queant in *S. a Puffendorf* libellum, de Habitu Religionis christianæ ad vitam civilem, commentabitur. Privatim collegium Pandectarum continua bit, & novum ad Instituta aperiet, omnemque dabit operam ut utrumque per hiemem absolvatur, neque etiam provectoribus deerit, qui manductionem ad praxin forensis desiderabunt.

**GEORG. LVDOV. LEVTNER,**

Prof. Jur. Extraord. & Facult. Jurid. Assessor.

**P**UBLICe *B. Sam. Strykii* Introductionem ad Praxin Forensis explicabit, & casibus practicis illustrabit. Privatim vero Institutiones Juris Civ, Schilteri Institutiones Jur. Canonici, &  
 Jus

Jus Publicum ad Introductionem Schwederianam interpretabitur, nec non finitis lectionibus ad Strykii Examen Jur. Feudalis, & Compendium Pandectarum Lauterbachianum, eas denuo inchoabit.

*In Facultate Medica.*

**JO. CHRISTOPH. HERTIVS,**  
Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hasso-  
Darmst. Primar.

**V**bi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunq; ratione Philatrorum conatus promovere poterit.

**MICH. BERNH. VALENTINI,**  
Sacrae Cæs. Majest. Archiater, Com. Palat.  
& Prof. Med. Ord.

**P**vblice compositionem medicamentorum, tam officinalem, quam Magistralem, privatim applicationem illorum in Praxi Clinica docebit.

**D. JO. CASIMIR. HERTIVS,**  
Prof. Publ. Ord.

**P**vblicas horas lectionibus & exercitiis anatomicis destinabit, Compendium Heisterianum denuo secuturus: Privatim materiam medicam juxta Cynosuram B. Hermanni pertractabit.

**IO. MELCHIOR VERDRIES,**  
Med. D. & P. P. Ord.

**I**nitiatis instituta praeleget ac dilucide explicabit: & si prouectiores accesserint, iisdem omni ope inservire annitetur.

LVDOV. HENR. LEO HILCHEN,  
Med. Prof. Extraord.

PVblice, absoluta jam propemodum Praxi generali ad specialem progredietur. Privatim institutiones Medicinae inchoabit.

*In Facultate Philosophica.*

MICH. BERNH. VALENTINI,  
Phil. Experim. Prof. Ord.

CONsideratis haecenus variis fossilibus per instantem hyemem probationem metallorum ex arte docimastica demonstrabit, non omisso experimento, quo per inventum Archimedis nummos falsariorum adulterinos a genuinis discernere licet.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,  
Mathematicum Prof. P. Ord.

PVblice *Geographiam* praeleget. Privatim in *mechanicis*, *hydraulicis*, *aërometricis*, moxque in *Astronomicis*, *chronologicis* principiis rite explicandis perget; suam insuper industriam omnibus promittens, qui vel *Architectonica*, vel *Algebraica* fundamenta pernoscentia desiderant.

IOANNES HENRICVS MAIVS,  
Antiquitatum, litteraturae Graecae, & linguarum Oriental. Prof. Ord.

IN locum *S. Basilii*, cuius orationem de legendis gentilium libris nuper absoluit publice posthac substituet vel *Aelianus* miscellaneam historiam, vel *Isocrates* orationes, vel alium, si ita visum fuerit, scriptorem. Privatim unum alterumue librum Ebraicum Vet. Testam. lectione cursoria pertractabit; atque collegium simul Rabbisicum aperiet.

D. IO.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Philos. Natur. P. P. Ord.

In illustranda & vberius exponenda *Introductione* sua in *Scientiam naturae* sedulo perget: nec unquam opellam suam desiderari patietur.

D. JO. CONRADVS ARNOLDI,

Log. & Metaph. Prof. Ord.

Profectibus Logicae atque Metaphysicae Auditorum augendis & promovendis, ita suam porro locabit operam, ut, modo diligentia ipsorum suo respondeat studio paratissimo, cum publice, tum privatim, secundum Auctoris, quicumque, tam ex veterum, quam recentiorum ordine, arriserit ductum, ad solidam, non vero inanem ac cerebrinam, eruditionem provehantur, qua, & sibi & reipublic tandem aliquando prodesse poterunt.

SEBASTIANVS MASSON, P.

Publica sua opera vti cupientibus *Exercitium Disputatorium* circa illustriora *Jurisprudentiae Naturalis* themata subministrabit. *Privatim* iis, qui audito semel vel pluries Pufendoriano libello de off. H. & Ciu. iam se ad respondendum habiles habent, utilis omnino *Examinis* faciet copiam. Absolutis quoque nuper collegiis *Prudentiae Status, & Juris Naturae & Gentium*, novas ad utramque eam Disciplinam praelectiones, alteras quidem ad laudatum PVFENDORFII *Compendium*, alteras ad Dn. BVDDEI *Partem III. Elem. Phil. Pract.* non neglecta in super, si occasio tulerit, *Morum Doctrina*, eiusdem BVDDEI ductu, adornabit; singulos autem hosce labores tertia statim instantium Francofurtensium nundinarum hebdomade adorsurus.

CHRIST.



# CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Histor. P. P.

**P**ublice *Brunquelli Historiam juris*, ut cœpit, explicare perget. Privatim *Historiam universalem Struvii*, Eiusdemque *Epitomen Historiæ Germ.* nec non *Moshemii Institutiones Historiæ Ecclesiasticæ*, illustrabit.

# JOHANNES RHENIVS,

Eloquentiæ utriusque Prof. Ord.

**P**ublice H. Freyeri *Tabulas oratorias sine intermissu explicabit*, Jovis & Veneris diebus christianorum Tullii, Lactantii Firmiani explanationem addendo, simulque veram legendi & observandi auctores rationem monstrando. Privatim collegium stili practicum instituet, nec minus suam in eloquentia ligata operam desiderantibus faciet satis; horas ceteroquin privatissimus sedulo continuaturus.

# CHRISTOPH. LVDOVICVS RVDIGER,

Prof. Phil. extraord. & civit. Giess. V. D. M.

**H**istoriam litterariam denuo, quantum muneris sacri negotia permittent, ad manus sumet, nec non Heraldicæ artis præcepta, cum reliquis à se desideratis prælectionibus, tradet.

**H**abebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Cives*, commodissimam occasionem, in *arte equestri*, in *ludo palæstræ*, in *arte commode & perite saltandi*, nec non in *linguis exoticis, Gallica, Italica*, apud exercitiorum istorum, & linguarum Magistrorum, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi, partamque habilitatem perficiendi.

\* \* \*